



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Schluß des Jahrs 1647. biß in den Monath Junium des Jahrs 1648. zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt ...

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1735

VD18 90103157

N. I. Formalia derselben cum Adj. A. - I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52461](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52461)

1648.
Junius.

§. XXXV.

1648.
Junius.Der Schweden
den Nota
über das Friede-
dens Instrument
der
Kaiserlichen.

Nach der Schweden Verlangen, versüßten sich die Deputirten des Nachmittags zu ihnen, und bekamen die sub N. I. cum Adjunctis A. usque I. allhier befindliche *Notas ad Instrumentum Pacis* zu Händen gestellt, mit dem Begehren, solche nicht publice dictiren zu lassen, son-

dern nur einem oder andern Gesandten zur Nachricht zu communiciren, damit man sehe, wie sie, die Schweden, aus dem Werk wollten, wann nur der *Articulus de Satisfactione Militiæ* seine Richtigkeit und abhelfliche Maas erlangt habe.

N. I.

Dictat. Osnabrug. d. 14. Jun. 1648.
per Moguntinos.

Notæ Legatorum Suevicorum ad Instrumentum Pacis Cesareum.

In Procæmio.

1) Verba: *semper Augustus, retineantur*, si reliquorum Regnorum Legati dederint, sin minus, etiam hic omittantur.

2) Verb: *Ferretis*, omittatur, ut antehac conventum.

3) *Landgravius Alsatia*, si in Gallico Instrumento manet, etiam hic retineatur, sin minus expungatur.

Artic. I. placet, ut extat in Exemplari subscripto.

II. Placet.

III. Placet.

IV. §. *Et quamvis &c.* placet.

§. *Ante omnia &c.* placet, dummodo de cæteris pacis conditionibus conveniatur & Bavarus renunciet prætensionis Satisfactionis Militiæ suæ è Suevico & Franconico Circulis.

§. *Princeps Ludovicus &c.* placet.

§. *Princeps Fridericus Comes Palatinus &c.* placet.

§. *Controversia, quæ vertitur &c.* placet.

§. *Domus Württembergica &c.* placet.

§. *Principes quoque Württembergici &c.* placet.

Lit. A.

§. *De Causa Badensi &c.* placet; observata adjuncta emendatione Lit. A.

§. *Dux de Croy &c.* placet, modo post verb: *bonorum*, addatur: *bonorum*.

§. *Quoad controversiam Nassau-Siegen &c.* placet.

§. *Comitibus Nassau-Sarapontanis &c.* placet.

§. *Domus Hanovica &c.* placet.

§. *Johannes Albertus &c.* placet.

§. *Itemque restituatur Domus Solms, Hoben-Solms &c.* placet.

§. *Comes de Isenburg &c.* placet.

§. *Rheingravii &c.* placet.

§. *Vidua Ernesti Comitis Sainenstis &c.* placet.

§. *Castrum & Comitatus Falckenstein &c.* placet, modò pro verbis: *de Jure*, ponantur verba: *per Sententiam*.

Aaaaaa 3

§. Resti-

1648.
Junius.

§. Restituatur etiam Domus Waldeck &c. placet, modò ratione Piermont
detur promissum attestatum.

§. Johannes Ernestus Comes Oeringensis &c. placet.

§. Item Domus Hobenloica &c. placet.

§. Fridericus Ludovicus Comes de Löwenstein &c. placet.

§. Ferdinandus Carolus &c. placet, modò addatur post verb: *Materna,*
vel ex hypothecato Baronatu Scharpfeneck.

§. Domus Erbaccensis &c. placet.

Comes de Lippe petit inseri sequentem §. Restituatur heredibus Schaumburgensibus Dynastia Gbemen cum omnibus pertinentiis, prout illa Anno 1637. & præcedentibus in manu Comitum de Schaumburg fuit, sed durantibus hisce motibus bellicis per Comitem de Stierum vi militari occupata est, & huc usque detinetur.

§. Vidua & heredes Comitis à Brandenstein &c. ponatur, ut sequitur: Vidua & heredes Comitis à Brandenstein in omnia tempore belli quocunque titulo vel prætextu adempta vel suspensa bona & jura plenarie restituantur.

§. Baro Paulus Kevenbüller &c. placet, modò addantur verb: *Cum Nepotibus ex fratre.*

§. Heredes Cancellarii Löffleri &c. placet, modò pro verb: *per confiscationem,* ponantur: *occasione belli.*

§. Contractus &c. placet.

§. Debita &c. placet.

§. Processus &c. placet.

§. Sententiæ &c. placet.

§. Si quæ etiam feuda &c. placet.

Lit. B. §. Tandem omnes &c. placet, usque ad verba: *Et hæc quidem omnia &c.* cætera inferantur juxta Lit. B.

§. A dicta tamen &c. placet.

§. Quia verò Causa Fuldiensis &c. placet.

Lit. C. Artic. V. De Gravaminibus placet, prout subscriptus est, correctis tantum hinc inde quibusdam vitiis scribentis, ut in adjuncta charta, sub Lit. C. videre licet.

Artic. VI. de Helvetiis &c. placet.

Artic. VII. de Reformatis &c. placet.

Lit. D. Artic. VIII. de Juribus Statuum &c. placet, juxta Lit. D.

Artic. IX. de Commerciis &c. placet, dummodo Interessati de Teloneo Visurgico convenerint.

Artic. X. Satisfactio Coronæ Sueciæ &c. placet, modò in §. *Econtra vero* &c. addatur post verba: *excipere velint, Salvis tamen Austregis.* Tum post verb: *quinto, absque ulla cum aliis alternatione.*

Item §. *Tandem Cæsarea &c.* post verb. *exauferationem,* quinque Milliones Imperialium, & deleantur verb: *ejusmodi Satisfactionem.*

Artic. XI. placet ut a Directorio Moguntino subscriptus est, modo §. *Mindanus,* apponatur ut in Instrumento Cæsareo extat.

Lit. E. Artic. XII. in *Æquivalente Megapolitano* adhuc expectatur approbatio projecti sub Lit. E.

Artic. XIII. De *Æquivalente Ducis Friderici* &c. placet.

Lit. F. Artic. XIV. *Æquivalens Brunsvicensis* &c. placet, modò 1) Ordinibus in Episcopatu Osnabrugensi satisfiat de voce; *homagii.* 2) Inferatur Artic. pro civitate Osnabrugenti, ut hic sub Lit. F.

Art.

1648. Art. XV. *Conventum etiam est &c.* placet, dummodo Interessati sint 1648.
 Junius contenti. Junius.
- Lit. G. Art. XVI. 1) *Satisfactio Hasso-Cassellana & Causa Marpurgenfis*, inferantur ut in adjuncta charta sub Lit. G. 2) Satisfiat etiam Militiæ Hassiacæ, juxta Memoriale Hasso-Cassellanum Dominis Statibus nuper exhibitum.
- Lit. H. Art. XVII. de *Executione*, placet, ut sub Lit. H.
- Lit. I. Art. XVIII. de *Affecuratione &c.* placet, ut sub Lit. I.

Lit. A.

Fridericus Marchio Badensis & Hochbergenfis ejusque filii & hæredes, cum omnibus quiisdem addicti sunt aut fuerunt, cujusunque nominis aut conditionis sint, gaudeant & fruantur in perpetuum supra §. 2. & 3. descripta Amnistia cum omnibus suis Clausulis & beneficiis: ejusque vigore restituantur plenissimè in eum statum in Sacris & Profanis, in quo fuit ante exortos Bohemiæ motus Dominus Georgius Fridericus Marchio Badensis & Hochbergenfis quoad Marchionatum Inferiorem Badensem, qui vulgò sub appellatione Baden-Durlach venit. Itemque quoad Marchionatum Hochbergensem, tum etiam quoad ditiones Rothlen, Badenweiler, & Saufenberg, ac Præfecturas Echlingensem, Laer & Malbergensem, non obstantibus, sed annullatis quibuscunque interim in contrarium factis mutationibus. Deindè restituantur Domino Marchioni Friderico præfecturæ Stain & Remchingen, nec non pagus ac Cellaria seu ut vocant *Kellerey Maltsh*, absque onere aris alieni interea temporis à moderno Domino possessore contracti, ad Marchionatum quidem Inferiorem pertinentes, sed fructuum interesse & expensarum, aliove titulo, durantibus hisce motibus occupatæ, cum omnibus Juribus, Regalibus, Documentis Literariis, aliisque pertinentiis, ita ut tota illa præsentia actio sumptuum ac fructuum perceptorum & percipiendorum cum omni damno & interesse à tempore primæ occupationis numerando, sublata & penitus extincta sit; Præterea annua pensitatio ex Marchionatu Inferiori, Marchionatui Superiori pendi solita, virtute præsentium penitus sublata, annullata & annihilata sit, nec eo nomine quicquam vel de præterito vel de futuro, imposterum unquam prætendatur vel exigatur.

Præcedentia quoque in Comitibus & Circuli Suevici, aliisque universilibus vel particularibus Imperii aut quibuscunque Conventibus penes Dominum Marchionem Fridericum ejusque liberos, totamque familiam, quamdiu masculi ex ea superstites fuerint, vigore præsentis Conventionis in perpetuum permaneat. Pacta denique gentilitia inter utramque Domum Badensem olim conventa, quatenus huic dispositioni contraria non sunt, vigore hujus pacificationis, salva rataque sint, & à Sacra Cæsarea Majestate confirmantur, neutrique parti liceat præsentis huic irrevocabili Conventioni sub ullo prætextu contravenire, ullasve actiones, Transactiones vel exceptiones, generales aut speciales clausulas in hoc Instrumento Pacis comprehensas, (quibus omnibus per expressum & in perpetuum vigore hujus derogatum sit) ullo unquam tempore vel casu prætere, allegare vel instituire, vel virtute hujus Transactionis, illis omnibus re ipsa sublatis & annullatis, utraque pars in restituta sua, status, ditionum, bonorum & Jurium quæta ac secunda possessione perpetuo maneat & relinquatur.

De Baronatu Hohen-Gerolzeck conventum est, ut si Domina Principissa Badensis documentis authenticis eum ad se pertinere probaverit, restitutio ejusdem statim post probationem fiat plenariè cum omni causa omni-
 que

1648. que jure, fructibusque perceptis & percipiendis, ac damno & Interesse à 1648.
 Junius. tempore occupationis numerando. Junius.

Lit. B.

Et hæc omnia, non modò quoad eos, qui Vasalli & Subditi Statuum Imperii sunt, aut Imperiali Immedietate gaudent, plenissimum effectum habeant: sed etiam qui Subditi & Vasalli hæreditarii Imperatoris & Domus Austriacæ sunt, eadem gaudeant Amnistia, tam quoad personas, vitam, famam, honores, reditum in patriam & conscientiæ libertatem; quam quoad bona & jura, quæ ipsis post, ob eam causam, quod pro Succia aut Gallia, earumve federatis & adherentibus, contra Cæsarem Domumque Austriacam serviverant, erepta sunt, quæ omnia iis, qualia nunc sunt, restituentur. In Bohemiam quoque & quascunque hæreditarias Imperatoris provincias subditis, exulibus, ut & creditoribus, aliisque Augustinæ Confessioni addictis, sive pro defensione innocentie suæ, sive pro bonorum suorum inspectione vel recuperatione, sive pro nominibus aut aliis Juribus exigendis, eò venire voluerint, liber aditus, quoties id necessitas postulaverit, absque necessitate impetrandarum propterea literarum commeatus aut commorationis, pateat; iisque non minus quam Catholicis jus & Justitia circa respectum æquabiliter administretur, reique judicatæ executio sine mora tribuatur.

Lit. C.

Artic. V. de Gravaminibus.

§. 4. ponatur pro verbis, *conscientiam & causam; conscientiam aut causam,*

§. 5. ponatur pro verbis: *Capitulares & Canonici, Capitulares aut Canonici.*

§. 6. post verb: *Deputationum,* addendum: *Visitationum.*

§. 7. post verb: *supradictis omnibus,* deleatur: *vel exigendo.*

§. 9. ponatur pro verb: *pretextibus & rationibus; pretextibus aut rationibus.*

§. 11. post verb: *Exercitio:* deleatur, *publico.*

§. 12. ponatur pro verb: *Pactò & privilegio, pacto aut privilegio.* Ibidem, item pro verb: *permittendo & conservando, permittendo aut conservando.*

§. 13. post verb: *aditus,* addendum: *quoties libuerit.* Ibidem, post verb: *Majestatem:* vel deleatur, *pace tamen semper manente & exclusa omni violentia & hostilitate* (verbis ulterius respectivè manentibus, *amicè & demissè:)* vel ponatur pro verbo: *demissè: decenter.*

§. 16. post verb: *observantiam:* addatur: *dicti.*

§. 18. post verb: *Confessioni,* ponatur: *Religioni.*

§. 20. post verb: *in Imperio,* deleatur, *restauranda.*

Lit. D.

1648.
Junius.

Lit. D.

1648.
Junius.

Artic. VIII.

Ut autem provisum sit, ne posthac in statu politico controversiæ suboriantur, omnes & singuli Electores, Principes & Status Imperii Romani, comprehensa Immediata Imperii Nobilitate, in prærogativis, libero juristeritorialibus, tam in Ecclesiasticis quam Politicis, Exercitio, omnimodaque Jurisdictione, Regalibus, Vectigalibus, redditibus, Privilegiis & Juribus, legitime acquisitis, vel longo usu ante hos motus obtentis, possessis & exercitis, ditionibus item atque juribus, interque ea suos, secundum cujusque Provinciæ vel Civitatis Statuta collectandi, & aliis quibuscunque horumque omnium possessione, vigore hujus Transactionis ita stabiliti firmatique sunt, ut à nullo unquam, sub quocunque prætextu, de facto turbari possint vel debeant; cassatis, annullatis & in futurum prohibitis iis, quæ per Repressalia, arresta, viarum oclusiones & alios actus præjudiciales, sive durante bello quocunque prætextu in contrarium facta & propria auctoritate hucusque attentata sunt, sive dehinc nullo præcedente legitimo juris & executionis ordine fieri attentarivè poterunt.

Gaudeant omnes & singuli trium Imperii Collegiorum Status, Voto Decisivo, tam in Universalibus quam Particularibus Diætiis, sine contradictione in omnibus deliberationibus super negotiis Imperii, præsertim ubi Leges ferendæ vel interpretandæ, Bellum decernendum, Tributa indicenda, Dilectus aut Hospitationes militum instituendæ, nova Munimenta inter Statuum ditiones extruenda nomine publico, veteravè firmanda Præsidiis, nec non ubi Pax aut Fœdera faciendæ, aliavè ejusmodi negotia peragenda fuerint, nihil horum aut quicquam simile posthac unquam fiat vel admittatur, nisi de Comiciali liberoque omnium Imperii Statuum Suffragio & consensu. Cum primis verò Jus faciendi inter se & cum exteris Fœdera, pro sua cujusque conservatione ac securitate, singulis Statibus perpetuò liberum esto: Ita tamen, ne ejusmodi Fœdera sint contra Imperatorem & Imperium, Pacemque ejus Publicam atque hanc in primis Transactionem, fiantque salvo per omnia juramento, quo quisque Imperatori & Imperio obstrictus est.

Habeantur autem Comicia Imperii intra - - - - - Menses à dato - - - - - postea vero quoties id publica utilitas aut necessitas postulaverit: In proximis verò Comitibus emendentur cum primis anteriorum Conventuum defectus, ac tum quoque de electione Romanorum Regum, certa constantique Cæsarea Capitulatione concipiendæ, de modo & ordine in declarando uno vel altero Statu in Bannum Imperii, præter eum, qui alias in constitutionibus Imperii, cum primis Ordinatione Camerae, descriptus est, tenendo, redintegrandis Circulis, renovanda Matricula, reducendis Statuum exentis, moderatione & remissione Imperii Collectarum, reformatione Politicæ & Justitiæ, taxa sportularum in Judicio Camerali, legitimo munere Directorum in Imperii Collegiis & similibus negotiis, quæ hic expediri nequiverant, ex communi statuum consensu agatur & statuatur, atque de cætero omnes laudabiles consuetudines, & Sacri Romani Imperii Constitutiones & Leges Fundamentales imposteriorum religiose serventur: sublatis omnibus, quæ bellicorum temporum injuria irrepperunt, confusionibus.

Postarum Magistri in Urbibus sint natione Germani, exentis ab oneribus personalibus, subiecti verò realibus, salvis etiam conventionibus & conditionibus tempore introductionis postarum cum Magistratu ejusvis loci initis.

Sünstter Theil.

B 55555

De

1648.
Junius.

930

VXXX 2. thu & 23. Junii 1648. d. i.
Westphälischer Friedens-Handlung

1648.
Junius.

De causa exemptionis & immedietatis Erfordinae conventum est, ut Civitas Matriculae Imperii, cum libero in Comitibus suffragii jure reinseratur, qui verò eam eximere conantur, pro deducendis suis allegationibus, ad ordinaria Imperii tribunalia remittantur. Omnibus bonis usibus, approbatis consuetudinibus, statutis, ordinationibus, nec non antiquis juribus, Justitiis, Regaliis, libertatibus, dignitatibus, honoribus, præminentis, immunitatibus, gratiis, indultis, possessionibus, terris, bonis, Jurisdictionibus, Privilegiis & commodis, quibus unquam Civitas gavisa est, aut gaudere de jure potuit, ex hoc nunc eidem in omnem eventum factis rectis manentibus, ipsaque cum cunctis & singulis quomodolibet sibi addictis & universalis Amnistia, pari cum cæteris in ea comprehensis jure & reliquis omnibus hujus Pacis beneficiis, perpetuò gaudente. Item §. de indaganda &c. prout in Instrumento Pacis post vocem: prægravetur, addatur sequens clausula: Sed hæc omnia &c. Holfatiæ constitutione salva & illæsa.

Lit. E.

Æquivalens Megapolitanum.

Pro eo vero quod Duci Megapolitano Suerinensi Domino Adolpho Friderico, in alienatione civitatis portusque VVismariensis & annexorum, decidit, competant ipsi ejusque hæredibus masculis Episcopatus Suerinensis & Ratzeburgensis Jure perpetui & immediati Imperii feudi (salvo tamen Domus Saxo-Lauenburgica, aliorumque vicinorum, ut & dictæ dioceseos hinc inde competentis Jure) cum omnibus Juribus, Documentis literariis, Archivo, rationariis, aliisque pertinentiis & potestate extinguendi Canonicatus utrobique post præsentis tempore residentium Canonicorum decessum omnesque redditus Mensæ Ducali applicandi, eoque nomine habeat Sessionem in Conventibus Imperii & Circuli Saxonie Inferioris, cum duplici Principis Titulo & Voto. Et si vero dicti Ducis ex fratre nepos Dominus Gustavus Adolphus antehac designatus fuerat Administrator Ratzeburgensis, qui tamen ipsi non minus, quam patruo beneficium restitutionis in suos Ducatus obtigerat, æquum visum est, ut patruo cedenti VVismariam ipse vicissim hunc cedat Episcopatum; Conferentur autem eidem & hæredibus masculis eo nomine compensationis loco, quatuor Canonicatum beneficia, unum in Ecclesia Cathedrali Magdeburgensi, alterum Halberstadeni primum vacatura, tertium & quartum in Argentineni jam vacantia, pro majori vero dictæ Domus Megapolitanæ Satisfactione, cedant ipsi commendæ Mirow & Nemerow in Megapoli sitæ pleno & hereditario Jure, & quidem Lineæ Suerinensi, Commenda Mirow, Lineæ vero Guströvienfi, Commenda Nemerow, confirmabitque Cæsarea Majestas, eidem vectigalia ad Albim antehac obtenta in perpetuum; Concessa insuper immunitate ad Tributa Imperii futuro tempore indicendi, donec summa ducentorum Millium Thalerorum Imperialium compensata fuerit, hoc annexo, ut in casum caducitatis Ducatus Saxo-Lauenburgici, à Cæsarea Majestate Domui Megapolitanæ expectantia clementissime conferatur & confirmetur; cassetur insuper præsentium debitum VVingerskianum, utpote ex causa belli ortum, Processibus etiam & Decretis desuper emanatis, penitus annullatis, ita ut neque Duces Megapolitani, neque Civitas Hamburgensis eo nomine imposterum unquam conveniri possint vel debeant.

Lit. F.

Civitas Osnabrugensis restituatur in Ecclesiasticis & Politicis in eum statum, quo Anno 1624. d. i. Januarii fuit, neque in suo Jure vel Exercitio libero

1648. Junius. libero Augustanae Confessionis eique annexis turbetur. Eidem etiam confirmantur reliqua sua Jura, Privilegia, Immunitates & Statuta ab Imperatoribus aut Episcopis antehac obtenta vel antiquitus diuturno usu introducta, eodemque Anno r. Januarii possessa, destructo Petersburgo. Quod vero ad Privilegium de non appellando nisi infra certam pecuniæ summam, eudendi monetam auream & argenteam, cum hoc à concessione suorum Episcoporum dependeat, eo remissa esto.

1648. Junius.

Lit. G.

Primo omnium; Domus Hassio-Cassellana, omnesque ejus Principes, maxime Domina Amelia Elisabetha Hassiæ Landgravia, ejusque filius Dominus VVilhelmus illorumque hæredes, Ministri Officiales, Vasalli, Subditi, Milites & alii quocunque modo illis addicti, nullo prorsus excepto, non obstantibus contrariis Pactis, Processibus, Proscriptionibus, Declarationibus, Sententiis, Executionibus & Transactionibus, sed illis omnibus, ut & actionibus & prætensionibus ratione damnorum & injuriarum, tam neutralium quam belligerantium, annullatis, universalis Amnistia supra sancita & ad initium belli Bohemici cum plenaria restitutione reductæ (exceptis Cæsareæ Majestatis & Domus Austriacæ Vasallis & Subditis hæreditariis, quemadmodum de iis in §. Tandem omnes &c. disponitur) omniumque beneficiorum ex hac & religiosa Pace provenientium, pari cum cæteris Statibus jure, prout in Artic. incipiente, Unanimi &c. disponitur, plenariè participes sunt.

Secundo: Jus directi & utilis Dominii in Præfecturas Schaumburg, Bückeburg, Saxenhagen & Stadthagen, Episcopatus Mindano antehac asseritum & adjudicatum, porro ad Dominum VVilhelmum modernum Hassiæ Landgravium, ejusque Successores plenariè in perpetuum, citra ulteriorem dicti Episcopatus aut alterius cujusvis contradictionem aut turbationem, pertineat, salva tamen Transactione inter Christianum Ludovicum Ducem Brunsvico-Luneburgensem & Hassiæ-Landgravium, Philippumque Comitem de Lippe inita, firma etiam manente, quæ inter eandem Landgraviam & dictum Comitem inita est, conventionione, quatenus Cæsareæ Majestati & S. Romano Imperio non præjudicat.

Tertio: Conventum est, ut pro locorum hoc bello occupatorum restitutione & indemnitate causa, Domina Landgravia Hassiæ Tutrici ejusque filio hujusve Successoribus Hassiæ Principibus, ex Archi-Episcopatibus Moguntinensi & Coloniensi item Paderbornensi, Monasteriensi & Abbatia Fuldensi, sexies centena millia Thalerorum Imperialium bonitate Imperialibus Constitutionibus modernis correspondentium, intra spacium novem Mensium à tempore ratificationis Pacis computandum, Casselis solventium periculo & sumptibus pendantur. Nec contra promissam solutionem ulla exceptio ullusve prætextus admittatur, multo minus summa conventa ullo arresto afficiatur. Ut etiam Domina Landgravia de solutione tanto securior sit, sequentibus conditionibus retineat Neus, Cosfeld & Neuhaus, inque iis locis sua sibi que solum obligata præsidia habeat, ea quidem lege, ut præter officiales & alias personas in præsidiis necessarias, dictorum trium locorum præsidia conjunctim non excedant numerum mille ducentorum peditum & centum equitum, Domina Landgraviæ dispositioni relicto, quot cuivis dictorum locorum peditum & equitum imponere, quemve huic vel illi præsidio præficere velit. Præsidia autem secundum ordinationem de sustentatione officialium & militum Hassiacis hætenus consueveram alantur, & quæ ad conservanda foralicia necessaria sunt, præstentur ex Archi- & Episcopatibus, in

Sünffter Theil.

BBBBBB 2

quibus

1648.
Junius.

quibus dicta arx & civitates sunt sitæ, absque summæ supra nominatæ dimit-
nutione, integrum autem sit ipsis præsiidiis contra morosos & tardantes, sed
non ultra debitam summam exequi: Jura autem superioritatis & Jurisdi-
ctio tam Ecclesiastica quam Secularis, & redditus nominatarum Arcis & Civi-
tatum Domino Archi-Episcopo Coloniensi sint salva, quamprimum vero post
ratificatam Pacem Domina Landgraviæ trecenta millia Thalerorum Imperi-
alium fuerint exsoluta, restituta Neussia, retineat Cosfeld solum & Neu-
haus, ita tamen, ut præsidium Neussianum in Cosfeld & Neuhaus non dedu-
cat vel ejus nomine quicquam ulterius exigat, nec Præsidia in Cosfeld nume-
rum sexcentorum peditum & quinquaginta equitum, in Neuhaus autem
centum peditum, excedant; Sin autem intra terminum novem Mensium
Domina Landgraviæ integra summa non dependatur, non tantum Cosfeld
& Neuhaus, donec plenarie subsecuta fuerit solutio, sed etiam pro residuo
summæ ejusque singulis centenis quinque annuatim Imperiales, donec resi-
duum summæ exsolutum fuerit, pensionis nomine solvantur, & tot Præ-
fecturarum ad supra nominatos Archi- & Episcopatus, atque Abbatiam per-
tinentium & Hassiæ Principatui vicinarum, quot præstandis & exsolvendis
pensionibus sufficiunt Quæstores & Receptores Domina Landgraviæ Ju-
ramento obstringantur, ut de redditibus annuas residuæ summæ pensiones sol-
vant, non obstante Dominorum suorum prohibitione.

1648.
Junius.

Quod si vero Quæstores & Receptores in solvendo moras nectant, aut
reditus alio conferant, Domina Landgravia exequendi & ad solutionem quo-
vis modo illos adigendi, liberam habeat potestatem, de reliquo Jure territo-
riali Domino proprietatis interea semper salvo, simulac vero Domina Land-
gravia totam summam cum pensionibus à tempore moræ acceperit, restituat
illico loca jam denominata, cautionis loco interim retenta, pensiones cessent
& Quæstores atque Receptores, quorum facta fuit mentio, Juramenti nexu
sint liberati, quarum autem Præfecturarum redditus pensionibus contingen-
te mora, solvendis sint assignandi, ante ratificationem Pacis eventualiter con-
venient, quæ conventio non minoris sit roboris, quem ipsum Pacis Instru-
mentum.

Præter loca autem securitatis causa, ut memoratum, Domina Landgra-
viæ relinquenda et post solutionem demum restituenda, restituat illa nihilo-
minus, ratificatione Pacis subsecuta, omnes Provincias & Episcopatus, nec
non illorum Urbes, Præfecturas, Oppida, Fortalicia, Propugnacula & omnia
denique bona immobilia, nec non Jura, inter hæc bella ab ipsa occupata, ita
tamen, ut tam in præfatis tribus locis cautionis nomine retinendis, quam re-
liquis omnibus restituendis, non solum Annona & omnia ad bellicum apparat-
um spectantia, quæ inferri vel fieri curavit, per subditos evehenda, Domi-
næ Landgraviæ & supradictis Successoribus, quæ vero ab ipsa non illata, sed in
locis occupatis tempore occupationis reperta sunt, & adhuc extant, ibi perma-
neant, sed ut etiam fortificationes & valla durante occupatione extructa, ea-
tenus destruantur, ne tamen Urbes, Oppida, Arces, vel Castra cujusvis in-
valuationibus & deprædationibus pateant.

Porro Domus Hasso-Cassellana, ejusque Successores Abbatiam Hirsch-
feldensem, cum omnibus appertinentiis, Secularibus & Ecclesiasticis, sive
intra sive extra territorium (ut Præpositura Gehlingen) sitis, salvis tamen
Juribus, quæ Domus Saxonica à tempore immemoreli possidet, retineant,
& eo nomine Investituram à Cæsarea Majestate tories, quoties casus evenerit,
petant & fidelitatem præstent.

Transactio quoque, quæ Domino Ernesto Duce Saxonie mediante die 24.
Apri-

1648
Janus.

Aprilis anni hujus præsentis 1648. Casselis inter utriusque Domus Hassio-Cassellanae & Darmstadinæ Principes, tam super Successione Principatus Hassio-Marpurgensis, quam aliis controversiis, facta, & huic Conventui legitime insinuatæ est, vigore Pacis in perpetuum, sine ullius contradictione vel exceptione valeat, ac omnes Principes Hassiæ, eorumque Successores firmiter obliget, & quidem omnibus Articulis & Clausulis, non aliter ac si verbotenus huic Instrumento inserta esset.

1648.
Junius.

Quæ etiam cum Comitibus de Waldeck Anno 1585. per defunctum Dominum Wilhelmum Hassiæ Landgravium conventa & in præfata Transactione per Dominum Georgium Hassiæ Landgravium ratihabita sunt, ea quoque vigore hujus Pacificationis rata sint & ab omnibus partibus irrevocabiliter observentur. Firmum quoque maneat & inviolabiliter custodiatur jus primogenituræ in qualibet Domo Hassio-Cassellana & Darmstadinæ introductum, & à Cæsarea Majestate confirmatum.

Pacta denique, quæ inter Dominam Landgraviam tutorio nomine & Domum Hanovicam, super eventuali successione in Comitatu Hanovico-Müntzenbergensi 26. Julii 1643. conventa sunt, vigore hujus Pacificationis plenissimum & in omne tempus valiturum robur obtineant, insuperque à Cæsarea Majestate debita cum reverentia adeunda, comprobentur.

Transactio inter defunctum Dominum Wilhelmum Hassiæ Landgravium & Dominos Christianum & Volradum Comites Waldecia die 11. Aprilis, Anno 1635. facta, & à Domino Georgio Hassiæ Landgravio d. 14. Aprilis Anno 1648. ratificata, non minus vigore hujus Pacificationis perpetuum & plenissimum robur obtineat, omnesque Hassiæ Principes pariter ac Comites Waldecia obliget.

Lit. H.

Articulus Executionis.

Simulatque vero Instrumentum Pacis à Dominis Plenipotentariis & Legatis subscriptum & signatum fuerit, cesser omnis hostilitas, & quæ supra conventa sunt, utrinque è vestigio Executioni mandentur. Imprimis quidem Imperator ipse per universum Imperium Edicta promulget, & serio mandet iis, qui hisce Pactis ad aliquid restituendum obligantur, ut sine tergiversatione & noxa præstent & exequantur transacta, injungendo Circulorum tam Ducibus Crayß-Dbristen, quam Directoribus Ausschreibende Fürsten, ut ad requisitionem restituendorum, juxta ordinem Executionis & hæc Pacta, restitutionem cujusque promoveant & perficiant.

Quod si etiam restituendorum aliquis Cæsareanos Commissarios, ad alicujus restitutionis actum necessarios censuerit, etiam illi sine mora dentur. Ipsi deinde restituendi mox a conclusione Pacis, misso authentico suæ causæ documento, de transactorum tenore notum faciant Interessatis aliquid restitutoris.

Omnes denique & singuli, sive Status, sive Communitates, sive Privati, sive Clerici, sive Seculares, qui vigore hujus Transactionis, ejusdemque regularum generalium, vel specialis expressæque alicujus dispositionis, ad restituendum, cedendum, dandum, faciendum, aut aliud quid præstandum obstricti sunt, teneantur non modo statim post promulgata Cæsarea Edicta, & factam restituendi notificationem, sine omni tergiversatione, exceptione, vel

Bbbbbb 3

oppo-

1648. Junius. oppositione, clausula Salvatoriae, sive generalis sive specialis alicujus supra in Amnestia posita, aut noxa aliqua, omnia ad quae obligantur restituere, cedere, dare, facere & praestare; sed etiam peracta restitutione manu & sigillo restituendi, vel etiam publico & legitimo Notarii attestato docere, se intra tempus ratihabitionum extraditioni supra praefinitum, bona fide restituisse & praestanda praestitisse.

1648.
Junius.

Quod si vero moderni restituendorum Bonorum vel Jurium Possessores, non attentis Caesareis Edictis & requisitione restituendorum, moras neclere, & in restitutione vel minimum tergiversari praesumpserint, incurrant quidem illi in poenam infra Articulo de Assuratione determinatam, ipsis vero restituendis tum liberum sit eligere, sive illius, in quo degunt, sive vicini alicujus Circuli Ducem, *Crayß-Obersten*, Directoresve *Ausschreibende Juristen*, vel etiam alios Imperii Status, vel denique Foederatorum Regnorum Officiales, qui requisiti (modo non fiat in propria causa) ad primam restituendorum instantiam, & post exhibitam restituendorum & praestandorum authenticam specificationem teneantur ilico, tam ipsi, quam in casum resistentiae aut pertinaciae vicini, juxta ordinem Executionis, junctis una cum ipsis restituendi viribus, sine omni exceptione, excusatione, vel mora, sumptibus tamen tergiversantis restitutionem vel praestationem, expedire & exequi. Et haec Executio principaliter locum habeat, ubi Status Imperii, & Libera ejusdem Nobilitas, nec non ubi modernus Magistratus loci suis vel Subditis, vel Concivibus aliquid restituere, cedere, aut praestare tenetur. Quod si vero in ipsius restituendi Territorio, sive Provincialis, sive Subditis, sive quicumque alius non Status Imperii ad restituendum, cedendum, sive praestandum aliquid ex hac pacificatione obligatus, etiam si monitus moras tamen neclere perseveraverit, eo casu publica hac lege permillum esto etiam Domino Territorii aut Superiori, propriis viribus (absque tamen excessu) adhibitis Notario & testibus, se in pristinum statum reponere, & in universum ea expedire, occupare, praestare, ad quae restituens vigore hujus pacificationis tenetur. Deinde omnes & singuli utriusque partis captivi, sine discrimine Sagi vel Togae, interque eos Princeps Bregantinus, eo modo, quo inter Exercituum Duces cum Caesareae Majestatis approbatione conventum est, liberi dimittantur.

Denique pro Militiae Suevicæ exauctorandae Satisfactione assignati sunt, 7. sequentes Circuli, Electoralis Rhenanus, utriusque Saxonicus & Franconicus cum Suevico, Inferiori Rhenano & Westphalico, a quorum Statibus quinque Myriades Imperialium Thalerorum, ei penduntur tribus terminis. Primo termino sub ipsam Ratificationum Pacis commutationem solvantur ei tres Myriades Imperialium Thalerorum, eumque in finem Directores efficiant, ut Status dictorum Circulorum portiones quisque suas, in communem Circuli cujusque cassam mature comportent, totamque summam paratam Duci Militiae Suevicæ Generalissimo significant, ut eam inter copias suas distribuere possit, ad diem conditum infallibiliter praestandam.

Reliquae duae Myriades sequenti biennio solvantur, prior quidem mense duodecimo, altera mense 24to à die extraditae Ratihabitionis Pacis numerando.

Ut autem Regia Majestas Suevicæ ejusque Militia ea securior certiorque sit, de infallibili singulorum terminorum solutione, caveatur ei certa commodaque hypotheca.

Restitutione ex capite Amnestiae facta, liberatis captivis, & Militia contenta, omnia utriusque partis militaria praesidia, sive Imperatoris, ejusque Socio-

1648. Sociorum & Fœderatorum, five Reginae Regnique Sueciæ, & Landgraviæ Hassiæ, eorumve fœderatorum & adhærentium, aliove quocunque nomine imposita fuerint, ex Civitatibus Imperii ac omnibus aliis locis restituendis, sine exceptionibus, mora, damno & noxa, ullisve præensionibus, adversus Magistratus, Cives, Incolas, five Provincias pari passu educantur. 1648. Junius. Junius.

Siquid tamen huic illive Officiali ex justo cum aliquo Statu Contractu restiterit, id ei ex æquo bonoque solvatur.

Loca ipsa, Civitates, Urbes, Oppida, Arces, Castella, Fortalitia, tam quæ per terras Imperatoris Domusque Austriacæ Hæreditarias, quam cæteros Imperii Circulos ab utraque parte supradicta occupata & retenta, vel per Armistitii unius vel alterius partis, vel quemcunque alium modum concessa sint, pristinis & legitimis suis Possessoribus & Dominis, five Mediatii five Immediati Imperii Status sint, tam Ecclesiasticis quam Secularibus, comprehensa Libera Imperii Nobilitate, absque mora restituantur liberæque eorum dispositioni de Jure & consuetudine, five vigore præsentis Transactionis competenti permittantur, non obstantibus ullis donationibus, infeudationibus, concessionibus, aut aliis quibuscunque titulis, in priorum legitimorum Dominorum possessorumve Præjudicium acquisitis; cessantibus etiam Pactis & Fœderibus prædictæ restitutioni adversantibus. Salvis tamen iis, quæ & quatenus in præcedentibus Articulis, circa Reginae Regnique Sueciæ, ut & quorundam Electorum & Principum Imperii Romani Satisfactionem vel Equivalentem recompensationem, five aliter speciatim excepta & deposita sunt (salvis etiam quorundam officialium bene meritorum donationibus) atque hæc restitutio locorum occupatorum, tam a Cæsarea Majestate, quam a Regia Majestate Sueciæ, & utriusque Sociis, fœderatis & adhærentibus, fiat reciproce & bona fide.

Restituantur etiam Archiva & Documenta Literaria, nec non tormenta bellica, in locis amicorum Statuum tempore occupationis reperta, quæ adhuc ibi salva reperiuntur.

Quæ vero post occupationem aliunde eo invecta, five in præliis capta, five ad usum & custodiam eo per occupantes illata fuerunt, & in summa quæcunque Suedicis Insigniis notata sunt, una cum annexis & bellico adparatu, Suedis quocunque secum exportare vel avchere liceat.

Teneantur Subditi ejusque loci discendentibus necessarium commectum, Currus, Equos & Naves, pro omnibus necessariis avehendis, ad loca destinata, absque pretio subministrare quos currus, equos & naves restituere debent Præfecti præsidiorum hoc modo discendentium sine dolo & fraude.

Liberent vero etiam Statuum subditi se invicem ab hoc onere vecturæ de uno Territorio in aliud, donec ad loca destinata pervenerint, nec Præsidiorum Præfectis liceat subditos eorumque currus & equos extra Dominorum suorum fines secum trahere eoque nomine obsidibus cavere teneantur.

Reddita vero, five maritima & limitanea five mediterranea fuerint dicta loca, ab ulterioribus omnibus durantibus hæc bellorum motibus introductis præsidiiis perpetuo posthac libera sunt.

Siqui Mediatii Status munimenta interea extruxerint, vel a præfidiariis apud eosdem extructa sint, volentibus & monentibus territorii Dominis aut superioribus, protinus diruantor, exceptis tamen iis, qui vel jus muniendi propriique

1648. priique praesidii jam ante habuerant, vel quibus hoc pacificationis actu ali- 1648.
Junius ter cautum provisumque fuerat. Junius.

Denique omnium belligerantium in Imperio partium Copiae & Exercitus dimittantur & exauctorentur, eo tantum numero in suos cujusque proprios Status traducto, quem quaeque pars pro sua securitate judicaverit necessarium.

Lit. I.

Punctus Assurationis.

Pacem hoc modo conclusam promittunt Caesarei & Regii, Ordinumque Imperii Legati & Plenipotentarii, respective ab Imperatore & Regina Sueciae, Sacrique Romani Imperii Electoribus, Principibus & Statibus ad formam his mutuo placitam rati habitum iri, seseque infallibiliter praestituros, ut solennia Rati habituum Instrumenta intra spacium octo septimanarum a die subscriptionis computandarum, hic Osnabrugis praesententur & reciproce riteque commutentur.

Pro majori etiam horum omnium & singulorum Pactorum firmitudine & securitate sit haec Transactio perpetua lex & pragmatica Imperii sanctio, & impofterum aequae ac aliae Leges & Constitutiones Fundamentales Imperii, nominatim ipsimet Capitulationi Caesareae inferenda, obligans non minus absentes quam praesentes, Ecclesiasticos aequae ac Politicos, sive Status Imperii sint, sive non, eoque tam Caesareis Procerumque Consiliariis, quam tribunalium omnium Judicibus & Assessoris, tanquam Regula, quam perpetuo sequantur, praescripta.

Contra hanc Transactionem ullumve eique articulum aut clausulam, nulla Jura Canonica vel Civilia, communia vel specialia Conciliorum Decreta, Privilegia & Indulta, Edicta, Commissiones, Inhibitiones, Mandata, Decreta, Rescripta, Litispendentiae, res judicatae, Capitulationes Caesareae & aliae Religiosorum Ordinum regulae aut exemptiones, sive praeteriti sive futuri temporis Protestationes, Contradictiones, Appellationes, Investiturae, Transactiones, Juramenta, Renunciationes, Pacta seu dediticia, seu alia, multo minus Edictum Anno 1629. vel Transactio Pragensis cum suis appendicibus, aut Concordata cum Pontificibus, aut Interimistica Anno 1548. ulla ve alia Statuta, sive Politica, sive Ecclesiastica Decreta, dispensationes, absolutiones, vel ulla aliae quocumque nomine aut praetextu excogitari poterint, exceptiones, unquam allegentur, nec usquam contra hanc Transactionem in petitorio aut possessorio, seu inhibitorio seu alii Processus vel Commissiones unquam decernantur.

Qui vero huic Transactioni vel Paci Publicae consilio vel ope contraverit, vel executioni & restitutioni repugnaverit, vel etiam facta restitutione sine legitima causa cognitione & ordinaria Juris executione, restitutum de novo gravare tentarit, sive Clericus sive Laicus fuerit, tam ratione personarum, quam rerum, poenam fractae Pacis ipso jure & facto incurrat, contraque eum ad nudam instantiam laesi, sine strepitu judicii, restitutio & praestatio sub poena violatoribus Pacis Publicae praescripta, sumptibus laedentis, cum pleno effectu decernatur & demandetur.

Pax

1648. Pax vero conclusa nihilominus in suo robore permaneat, teneantur- 1648.
Junius que omnes hujus Transactionis consortes, Imperator non minus, quam Re- Junius.
gina & Regnum Sueciæ, Imperiique Status, universas & singulas hujus Pa-

cis leges contra quemcunque sine Religionis distinctione tueri & protegere, & si quid eorum a quocunque violari contigerit, læsus lædentem imprimis quidem a via facti dehortetur, causa ipsa vel amicabili compositioni vel Juris disceptationi submissa, veruntamen si neutro horum modorum intra spatium trium annorum terminetur controversia, teneantur omnes & singuli dicti compromittentes, junctis cum parte læsa consiliis viribusque armare, ad repellendam injuriam, moniti ab injuriam passo, quod nec amicitia, nec Juris via locum invenerit. Salva tamen de cætero non minus Cæsareæ Majestati per Imperium, Regnum & Provincias; nec non Electoribus, Principibus & Statibus Imperii Romani, per suos Principatus, Provincias & Territoria Jurisdictione, Justitiæque juxta cujusque Status Leges & Constitutiones, competenti administratione. Et nulli omnino Statuum Imperii liceat Jus suum vi vel armis persequi, sed si quid controversiæ, si- ve jam exortum sit, si- ve posthac inciderit, unusquisque Jure experiatur, secus faciens reus sit fractæ Pacis. Quæ vero Judicis sententia definita fuerint, sine discrimine Statuum executioni mandentur, prout Imperii Le- ges de exequendis Sententiis constituunt. Ut etiam Pax publica tanto melius conservari possit, redintegrentur Circuli, & statim ac undecunque tur- barum vel motuum aliqua indicia apparent, unusquisque Imperii Circulus obstrictus sit, sine ulla exceptione, nec obstante ullo Juramento, sineque omni Religionis distinctione, Pacem publicam tueri & læso succurrere, id- que nullus impediatur respectus, nulla subjectio, nullaque fœdera.

Quoties autem milites quavis occasione aut quocunque tempore per aliorum territoria aut fines aliquis ducere velit, transitus hujusmodi instituatur ejus, ad quem transeuntes milites pertinent, sumptu, atque adeo si- ne malefico, damno & noxa eorum, quorum per territoria ducuntur: ac denique omnino observentur, quæ de conservatione Pacis publicæ Imperii Constitutiones decernunt & ordinant.

Hac pacificatione comprehendantur ex parte Serenissimi Imperatoris, omnes Suxæ Majestatis Fœderati & Adhærentes, inprimis Rex Catholicus, Domus Austriaca, Rex Angliæ, Rex Poloniæ, Dux Lotharingiæ & cæteri Sa- cri Romani Imperii Electores, Principes, Status, Libera Imperii Nobilitas & Civitates, item Rex Daniæ, omnesque Principes & Respublica Italia, Ordinesque Fœderati Belgii & Helvetiæ, Rhetiæque, Princeps etiam Transylva- niæ. Ex parte vero Regni Sueciæ, omnes ejus Fœderati & Ad- hærentes, inprimis Rex Christianissimus, tum Electores, Principes, Status,
Fünftes Theil. C c c c c Libe.

1648. Junius. Libera Imperii Nobilitate comprehensa, & Civitates Hanseaticæ, item Rex Angliæ, Rex & Regna Daniæ, Norwegiæque, cum annexis Provinciis, Rex Poloniae, Rex Lusitaniæ Joannes Quartus, Magnus Dux Moscoviæ, Respublica Veneta, Fœderatum Belgium, Helvetii & Princeps Transylvania. 1648. Junius.

In quorum omnium & singulorum fidem majusque robur tam Cæsareani quam Regii, ut & Electorum, Principum & Statuum Imperii respectivè Legati, Plenipotentarii & Deputati, præfens Pacis Instrumentum manibus suis sigillisque propriis muniverunt & firmarunt. Osnabrugis in Westphalia die - - Mensis - - Anno Domini.

